Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25878

Copyright: Admont, Benediktinerstift

quam uoluntas eius fuerit patefacta. ne hinc sub quolibet ingenio uel argu-
mento. cuiquam iudeorum uenundandi facultas sit. Sed is qui ad christianam
conuersus fidem desiderat. defensione tua in libertatem modis omnibus uendicetur.
Hi uero quos huiusmodi oportet seruos amittere ne forsitan utilitates suas ir-
racionabiliter existiment inpediri. sollicita uos hoc conuenit consideratione
seruare. ut si paganos quos mercimonii causa de extremis finibus emerint.
infra tres menses dum emptor cui uendi fuerant non inuenitur. fugere ad
ecclesiasticam sortem contingerit. et uelle se dixerint fieri christianos. uel etiam extra
ecclesiam hanc talem uoluntatem prodiderint. precium eorum a christiano scilicet emptore
percipiant. Si autem post prefinitos tres menses quisquam huiusmodi seruorum iudeorum
uelle suum dixerit. et fieri uoluerit christianus. nec aliquis eum postmodum emerit. nec
dominus qualibet occasionis spem (sic) hunc audeat uenundare. sed ad libertatis
procul dubio premia perducatur. quem hunc non ad uendendum. sed ad seruiendum
dominus conparasse. *Liberti quoque non sunt promouendi ad clerum. nisi ab obsequiis* D
suis patronorum fuerint absoluti. Unde in concilio eliberitano. *clerum.*
Prohibendum est. Absque patroni consensu libertus non promoueatur ad S. d. e. l. iii. J v.
ut liberti quorum patroni in seculo fuerint. ad clerum non promoueantur.
~~Item. D. L. v. Qua corpore uiciati a sacris officiis prohibentur.~~ Ex concilio E
arelatensi. III. *Annue suspensioni subiaceat qui preter canonicam*
Nullus penitentem. nullus bigamum. *formam aliquem ordinat.* S. d. l. i. Q iii.
nullus uiduae maritos. in predictis honoribus audeat ordinare. et licet hec B. u. vt dignam.
iam omnium prope canonum instituta contineant. tamen ne cuicumque sacerdocium sup- uel pen.
plicantium sicut iam diximus inportunitas uel suggestio iniqua subripiat. necesse S. d. xxx. iiii. Scripsimus.
fuit ut nunc seueriorem regulam sicut uelint domini sacerdotes inponere. et ideo quicumque
ab hac die contra ea que superius comprehensa sunt clericum ordinare presumpserint.
ab ea die qua hoc ei potuerit approbari. anno integro missas non presumat. Quam
rem si quis obseruare noluerit. et contra statutum fratrum faciens missas celebrare pre-
sumpserit. ecclesie communione priuetur. et ab omnium fratrum communione nouerit
se alienum. quia dignum est ut seueritatem ecclesiastice discipline senciat. qui salu-
britatem a sanctis patribus instituta obseruare contempnit. ~~Item ex concilio arelatensi. II.~~ F
Hii uero qui se *Non perducantur ad clerum qui seipsos absciderunt.*
carnali uicio repugnare nescientes absciderunt. ad clerum peruenire non S. d. xxxvi. C. p.